

Lateinische Lektüreübung II (Faller)

Wintersemester 2023/24

Text 9

Mit den folgenden Worten spricht die Muse Urania einen römischen Ex-Beamten an, vor dessen Amtszeit Jupiter mit seinen Blitzen den Kapitols Hügel ganz enorm verwüstet hatte – das wurde natürlich als übles Omen gedeutet.

Nunc ea, Torquato quae quondam et consule Cotta
Lydius ediderat Thyrrhenae gentis haruspex,
omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
5 ipse suos quondam tumulos ac templa petivit
et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
Tum species ex aere vetus venerataque Nattae
concidit, elapsaeque vetusto numine leges,
et divom simulacra peremit fulminis ardor. |||||
10 Hic silvestris erat Romani nominis altrix
Marta, quae parvos Mavortis semine natos
uberibus gravidis vitali rore rigabat;
quae tum cum pueris flammato fulminis ictu
concidit atque avolsa pedum vestigia liquit.
15 Tum quis non artis scripta ac monumenta volutans
voces tristificas chartis promebat Etruscis? |||||
Omnes civili generosa a stirpe profectam
vitare ingentem cladem pestemque monebant
vel legum exitium constanti voce ferebant,
20 templa deumque adeo flammis urbemque iubebant
eripere et stragem horribilem caedemque vereri;
atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri,
ni prius excelsum ad columen formata decore
sancta Iovis species claros spectaret in ortus. |||||
25 Tum fore ut occultos populus sanctusque senatus
cernere conatus posset, si solis ad ortum
conversa inde patrum sedes populique videret.
Haec tardata diu species multumque morata
consule te tandem celsa est in sede locata,
30 atque una fixi ac signati temporis hora
Iuppiter excelsa clarabat sceptrum columna,
et clades patriae flamma ferroque parata
vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.

Hilfen:

- Z. 2: **Lydius:** gehört als Adjektiv zu *haruspex*. Lydien galt als Heimat der Etrusker. Aus diesem Volk stammten viele Seher und Eingeweideschauer, die von den Römern zu Rate gezogen wurden.
- Z. 3: **glomerans:** „ablaufend“.
- Z. 3: **determinat:** zusammen mit *fixa*: „erfüllen“ bzw. „Wirklichkeit werden lassen“.
- Z. 5: **tumulos:** gemeint sind hier wahrscheinlich die beiden Gipfel des kapitolinischen Hügels.
- Z. 7: **Nattae:** die Rede ist hier von Pinarius Natta, dessen Statue aus Erz auf dem Kapitol stand.
- Z. 8: **leges:** hier: „eiserne Gesetzestafeln“.
- Z. 15: **artis:** Die *ars*, die hier gemeint ist, ist die Weissagekunst.
- Z. 20: zu verstehen als: „*et templa deum ... et urbem ...*“.
- Z. 23: **excelsum ad columen:** = „in excelsa columna“ (vgl. Z. 31) Die Statue (*species*, Z. 24) soll oben auf einer Säule stehen.
- Z. 23: **formata decore:** „ansehnlich gestaltet“.
- Z. 27: **conversa:** bezieht sich auf die *species* (Jupiterstatue) aus Z. 24.